



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum ira sit vitium capitale? 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

est * multo magis alia . Et ideo singulis eorum ponuntur correspondentia aliqua pertinentia ad condemnationem . Sed in primo ponitur iudicium quod minus est : quia ut Augustinus dicit * , in iudicio ad huc defensionis locus datur . In secundo verò ponitur consilium , in quo iudices inter se conferunt quo supplicio damnari oporteat . In tertio ponitur gehennam , ignis , quæ est certa damnatio .

a 3 ad 2
lib. 1. de
ser. Dom.
in mōte,
cap. 19. d
me. 10. 4.

ARTIC. V I.

Virum ira debeat poni inter vitia capitalia ? 771

Ad sextum sic proceditur . Videtur , quòd ira non debeat poni inter vitia capitalia . Ira enim ex tristitia nascitur . Sed tristitia est vitium capitale , quod dicitur acedia . Ergo ira non debet poni vitium capitale .

Sup. q. 34
art. 5. Et
mal. q. 8.
a. 1. cont.

¶ 2 Præterea , Olius est grauius peccatum quàm ira . Ergo magis debet poni vitium capitale quàm ira .

cor. 3
ad 21. &
22. & q.
12. a. 5.

¶ 3 Præterea , Super illud Prouerb. 29. Vir iracundus prouocat rixas : dicit gloss. * Janua est omnium vitiorum iracundia , qua clausa , virtutibus intrinsecus dabitur quies : aperta autem , ad omne facinus ardebitur animus . Nullum autem vitium capitale est principium omnium peccatorum , sed quorundam determinatè . Ergo ira non debet poni inter vitia capitalia .

gl. or. ib

SED contra est , quod Greg. 31. Moralium * , ponit iram inter vitia capitalia .

li. 31. c. 31

RESPONDEO dicendum , quòd sicut ex præmissis patet * , vitium capitale dicitur ex quo multa vitia oriuntur . Habet autem hoc ira , quòd ex ea multa vitia oriri possunt , duplici ratione . Primum , ex parte sui obiecti : quod multum habet de ratione appetibilitatis , in quantum scilicet vindicta appetitur sub ratione iusti , vel honesti : quia sub dignitate alie , ut supra habitum est * . Alio modo , ex suo impetu , quo mentem præcipitat ad inordinata quæcumque agenda . Vnde manifestum est , quòd ira est vitium capitale .

1. 2. q. 84.
a. 3. & 4.

Art. 4

Ad

Ad primum ergo dicendum, quod illa tristitia ex qua oritur ira, ut plurimum, non est acediz vitium, sed passio tristitiæ, quæ consequitur ex iniuria illata.

Ad secundum dicendum, quod sicut ex supra dictis patet *, ad rationem viciij capitalis pertinet, quod habeat finem multum appetibilem, ut sic propter appetitum eius multa peccata committantur. Ira autem quæ appetit malum sub ratione boni, habet finem magis appetibilem quàm odium, quod appetit malum sub ratione mali. Et ideo magis est vitium capitale ira quàm odium.

Ad tertium dicendum, quod ira dicitur esse inua vitiolorum per accidens, scilicet remouendo prohibens, id est impediendo iudicium rationis, per quod homo retrahitur à malis. Directè autem & per se est causa aliquarum specialium peccatorum, quæ dicuntur filia eius.

ARTIC. VII.

Utrum conuenienter assignentur sex filia iræ, scilicet rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blasphemia?

772
Sup. q. 37
a. 2. ad 1.
q. 9. 4. 1.
ar. 2. Et
ma. 9. 12.
ar. 5. cor.
in 3. reg.
rom. 1.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter assignentur sex filia iræ, quæ sunt rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blasphemia. Blasphemia enim ponitur ab Isidoro filia superbiæ. Non ergo debet poni filia iræ.

¶ 2. Præterea, Odium nascitur ex ira, ut Augustinus dicit * in regula. Ergo deberet numerari inter filias iræ.

¶ 3. Præterea, Tumor mentis videtur idem esse quod superbia. Superbia autem non est filia vitij, sed mater omnium vitiolorum, ut Gregorius dicit ¶ 31. Moral. Ergo tumor mentis non debet numerari inter filias iræ.

SED contra est, quod Greg. 31. Moral. * assignat has filias iræ.

R. B.